



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Per sensum patres veteris testamenti quoque accipit. Pannos. Tertius Reges esse, & quia Deus, & quia homo.

In vestimento istaque suo, quod ipse sit Rex Regum, scriptum habet: quia in operibus sanctorum agnoscitur hunc esse verum Deum, qui tales seruos possidet. Habet enim in seniore scriptum, quod sit Rex regum, & Dominus dominantium: quia in operibus, quae in carne positus gestit, cognitum est hunc esse verum Dei filium. Addit Ambros. postea etiam per femur intelligi patres veteris testamenti, ex quorum stirpe Christus originem duxit, qui & ipsum figurarunt, & quod ipse futurus esset Rex Regum, & Dominus dominium, apertos vocibus praedixerunt. Tertia est Pannonia: Vestimentum, inquit, à foris est, femur à natura: & Christus humanitatem à foris ex tempore quatenus persona Diuina habet, Diuinitatem autem à natura, à qua ab æterno est Deus: & acutrum horum sine dignitatis honore habet, quia ab utroque Rex.

ARGUMENTVM.

Continuatur eadem sexta visio. Ligatur Satanus mille annis iisque finitus iterum soluitur. Congregatur Gog, & Magog in prælium. Iudicat Christus universos mortales. Regnant Sancti cum Christo. Mittitur Diabolus in stagnum ignis cum omnibus, qui non sunt scripti in libro vite.

CAPVT VIGESIMVM.

BT vidi Angelum descendentem de Cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanás, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes, & federunt super eas, & iudicium datum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanás de carcere suo, & exhibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam.

Et